



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXIII. Vermischte Altmärkische Urkunden.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

XXIII.

Vermischte Altmärkische Urkunden.

- I. Karl der Große stiftet nach der Befehring der Sachsen das Bisthum Verden und weist demselben seine in die Altmark hineinreichende Diöcese an, am 29. Juni 786.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Carolus, diuina miseratione ordinante rex. Cum, domini nostri Jesu Christi uirtute fauente, bellorum uictoria nuper potiti fuerimus, si graciaram in immensum actione in ipso et non in nobis gloriamur, et pacem in presentiarum et regni prosperitatem in futuro autem pro meritis nos donari superne mercedis perpetuitate non diffidimus. Quapropter notum sit omnibus fidelibus in Christo, quod Saxones, qui hactenus Deo et nobis, ob sue pertinaciam perfidie, semper ceruice indomabili et rebelles, obsecundare detrectarunt, modo tandem aliquando uirtute Christi propiciante, bellorum instancia uicimus, et ad baptismi graciaram diuina miseratione perduximus, et gentes, que dominum glorie non nouerant, et regna, que nomen Domini non invocauerant, in lege Domini meditari die ac nocte adiudicauimus. Et qui hucusque iugem Christi ferre minime contendebant, domino nostro Jesu Christo et sacerdotibus eius omnium iumentorum suorum et fructuum terre, et omnis agriculture decimas et nutriture, simul in unum diuites et pauperes, secundum canonicam assertionem et legalem caucionem constricti, de cetero perfoluunt. Terram autem eorum secundum antiquum Romanorum morem in prouinciam redigentes, et in episcopatus certo termino distribuentes, quendam aquilonarem illius partem, domino nostro Jesu Christo et sanctissime eius genitrici deuotissime obtulimus, et in loco Fardium uocato, super Aleram fluium, in pago, qui dicitur Sturm, ecclesiam et cathedram episcopalem statuimus, et Moguncienfis ecclesie archiepiscopatus, interuentu Lullonis, illius metropolis ecclesie episcopi, eam subiecimus. Insuper etiam ad prefate structuram ecclesie in memorato pago CC mansos, et quicquid ad ipsos mansos iure ac legitime pertinere uidetur, cum domibus et edificiis, mancipiis, campis, pratis, siluis, cultis et incultis, aquis aquarumque decursibus, uis et inuis, exitibus et regressibus obtulimus et totius huius diocesis incolas, diuites ac pauperes, decimas suas eidem ecclesie suoque dispensatori perfoluere, nostre regie maiestatis precepto firmiter iubemus et iubendo precipimus, et legali sanctione confirmamus. Statuimus etiam, ut quascumque possessiones et quecumque bona eadem ecclesia in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblacione fidelium, liberorum et feruorum, seu aliis modis, Deo propicio, poterit adipisci, firma sit

et illibata permaneat. Preterea libertates et immunitates eidem ecclesie concedimus. Decernimus quoque, ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare, possessiones eius auferre, ablatas retinere, minuere et aliquibus vexationibus fatigare, sed omnia ad integritatem conferentur.

Vt autem hec confirmacionis sententia oblationisque donacio rata et inconuulsa et omni euo intranfibilis permaneat, ex precepto summi pontificis et universalis pape Adriani, nec non Moguncienfis archiepiscopi Lullonis, et omnium qui inibi aderant, sanctorum pontificum et catholicorum sacerdotum, et Alcuini, insignis predicatoris, rationis consilio, supra memoratam sancte Dei genitricis ecclesiam, cum omnibus appendiciis et donatiuis, Suitberto, sancte conuersionis uiro et immortalis memorie coram Deo et apud homines commissimus. Quem quidem in agro Dei laborantem, primum eidem ecclesie bonum militem Jesu Christi prefecimus, ut populo adhuc rudi, uerbi Dei semina messem deinceps latura, secundum dispensatam sibi sapientiam, tamquam fidelis seruus et prudens, in domo Dei administraret, et canonica ordinatione et competenti et ecclesiastica institutione ecclesiam sibi delegatam tam nouellam plantaret atque rigaret, donec orationibus seruorum suorum fidelium interpellatus omnipotens Deus incrementum daret.

Verumtamen quia casus preteritorum preciosos et cautos nos reddunt futurorum, ne quis sibi aliquam in eadem diocesi, auertendo regulam, ascribat usurpative potestatem, certo eam limite fecimus terminari. Terminos autem eius firmos, inconuulsos et per omne seculum inconuertibiles, apostolica auctoritate et nostre regie maiestatis precepto circumferibi precepimus; id est: Wirraham fluuium, Faristinam, Bicinam usque in Wiemenam, a Wiemena in paludem, que dicitur Caldenbach, deinde usque quo perueniatur ad Hostam, ab Osta Uternam, Biuernam, Wissenbroc, Asebroc, Chiffenmor, Quistinam, Motam, paludem, que dicitur Sigefridesmor, Mullenbach, iterumque Ostam, Sneidbach, Wimarcam, Hasulam, Steinbach, Liam fluuium, qui absorbetur ab Albia fluuio, de hinc trans Albiam, ubi Bilena mergitur in Albiam, dehinc in ortum Bilene, inde ubi Trauena absorbetur a mari, deinde usque quo perueniatur, ubi Pene fluuius currit in mare barbarum. Inde in ortum eiusdem fluminis. Hinc in Eldam. Dehinc in Albiam. Inde in riuum Alend. Inde in riuum Bese. Inde in Rodouue usque in paludem, que dicitur Rokesford. Inde in Horam fluuium, Callenuorde. Inde in ortum Hore. Hinc in ortum Hisne. Hinc in riuum Scarbach. Hinc in ortum Geltbach, et ipsum riuum in descensu in Urfenam, et in ascensu Urfene in Wizenam, hinc in ortum eiusdem fluminis. Hinc in paludem que dicitur Snederebroch. Hinc in Lernam, et per mediam paludem, que dicitur Camperebroch, et sic trans Aleram in Wirraham.

Et ut hec auctoritas huius donacionis et circumscriptionis nostre in Dei nomine firmiorem et pleniorum obtineat vigorem, et nostris et futuris temporibus a fidelibus Christi uerius credatur et diligentius obseruetur, manu propria subscripsimus, et sigilli nostri impressione assignari iussimus.

Signum Domini inuictissimi (Monogr.) Caroli regis.

Lullo, archiepiscopus Moguncienfis, recognoui.

Hildebaldus, archiepiscopus Colonienfis et sacri palatii capellanus, recognoui. (R.)

Amalharius, Treuerenfis archiepiscopus, recognoui.

Data III. kalendas Julii, anno dominice incarnationis DCC°. LXXX°. VI°. indictione XII.

Anno autem regni domini Caroli XVIII. Actum Moguncie feliciter. Amen.

Copie des 11. Jahrhunderts im K. Hannöverschen Staats-Archiv. Bester Abdruck in Lappenberg's Hamb. Urkunden I, 1.

II. Kaiser Ludwig bestätigt dem Bisthume Halberstadt seine, die andere Hälfte der Altmark umfassende Diöcese, am 2. September 814.

In honore Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, Ludovicus, divina ordinante providentia Romanorum Augustus. Si Sacerdotum ac fervorum Dei petitiones, que nobis de necessitatibus innotuerint, ad effectum perducimus, non solum Imperialem exercemus consuetudinem, verum et ad beate retributionis mercedem talia nobis facta credimus profutura. Qua propter notum sit omnium fidelium nostrorum industrie, presentium videlicet et futurorum, quia Hildegrinus Catholanensis, Ecclesie Halberstadenfis Episcopus Venerabilis, que est constructa in honorem Christi sui que Proto-martyris Stephani, super fluvium Holtemma, in pago Hartingovve, cujus parochia piissimi patris nostri Caroli Imperatoris Augusti statuta et determinata est his pagis, Darlingovve et Northuringovve, et Belinesheim, Hartingovve, Svavia et Haffingovve, veniens ad nos, detulit nobis immunitates sancti genitoris nostri, pie semper memorandi, in quibus continebatur, quomodo ipsam sedem sub plenissima defensione et immunitatis tuitione habuisset. Pro firmitatis namque studio petivit nos idem prefatus Episcopus, ut ei denuo similia pro mercedis nostre augmento concedere et confirmare debeamus. Cujus petitioni pro divino amore assensimus et ita in omnibus, que iuste et rationabiliter petiit, per hanc nostram auctoritatem studuimus confirmare. Precipientes ergo iubemus, ut nullus iudex publicus, neque quislibet ex judiciaria potestate, seu aliquis ex fidelibus S. Dei Ecclesie ac nostris, in Ecclesiam, aut loca, vel agros, sive reliquas possessiones, quas moderno tempore iuste et rationabiliter possidere videntur, in quibuslibet pagis et territoriis sitas, vel quicquid deinceps etiam propter amorem divinum collatum est et ad causas audiendas, vel feuda exigenda, aut mansiones, vel paratas faciendas, aut homines ipsius Ecclesie tam ingenuos, quam servos, iniuste distingvendos, aut ulla redibitiones vel villicatus occasiones requirendas, ullo unquam tempore ingredi, vel exactare presumat. Insuper etiam prescriptorum incolas omnes pagorum prefate Ecclesie decimas suas fideliter persolvere pro divino amore iubemus et donamus, ut omnibus temporibus in alimoniam pauperum et stipendia fervorum Dei, ibidem Deo famulantium proficiant in augmentum, quatenus ipsis servis Dei, qui ibidem Deo famulari videntur, pro nobis et Coniuge proleque nostra, et pro stabilitate totius Imperii nostri, a Deo nobis concessi, atque conservandi, jugiter Domini misericordiam exorare delectet. Predictam vero parochiam illius circumquaque per diversos pagos sitam, nemo fidelium nostrorum ei exinde aliquid abstrahere, aut prohibere presumat, quin ei liceat per hanc nostram auctoritatem verbum predicationis Domino auxiliante exercere, et ministerium suum plene peragere; et ut autoritas hec nostris futurisque temporibus Domino protegente valeat inconvulsa manere, manu propria subscripsimus et annuli nostri impressione signari iussimus. Datum IV. Non. Septembr., Anno incarnationis Dominice DCCCXIV. Indict. VIII. Anno I. Imperii nostri, Actum in Aquisgrani palatio, in Dei nomine feliciter, Amen.

Nach Leuckfeld Antiq. Halberstad. 614. König XVII, 2, 15.

III. Graf Otto schenkt der Abtei Corvei das Dorf Burgstall, c. 916—940.

— Otto comes tradidit Burstalli —.

Aus einer Aufzeichnung des 12. Jahrhunderts über die der Abtei Corvei zugewandten Schenkungen in Kindinger's Sammlung merkw. Urkunden S. 169 und Wigand's Gesch. v. Corvei II, S. 222.

IV. König Otto schenkt dem Erzstift Magdeburg die Orte Buchstaden und Rinkhurst in dem Gau Helinge und Moside, am 2. Juli 959.

In nomine sancte et individue trinitatis. Otto diuina fauente clementia Rex. Nouerint omnes fideles nostri, presentes scilicet et futuri, qualiter ad ecclesiam, quam in magdeburg construximus in honore sancti mauricii et ad nutrimentum plebis inibi deo famulantis, quosdam nostre proprietatis res, hoc est in pago, qui uocatur helinge et moside in locis sic nominatis buochstaden et rinchurst in comitatu et legatione heinrici comitis omnem iustitiam ac censum, quod saxonice mal uocatur, nec non et omnibus appenditiis ibidem iure pertinentibus, edificiis, curtibus, campis, pratiis, pascuis, siluis, aquis, piscationibus aquarumque decursibus, molendinis, uis et inuis, queis et inquirendis, cultis et incultis, mancipiis utriusque sexus, in proprium donauimus et perpetuo iure possidendas et hoc present indicium iussimus exinde conscribi anulique nostri impressione muniri subtilisque manu propria firmauimus, ut a fidelibus nostris traditio nostre largitatis firma et immutabilis crederetur.

Signum domini Ottonis inuictissimi regis.

Liudolfus cancellarius ad vicem willehelmi archiepiscopi recognoui. Data anno incarnationis domini DCCCCLVIII. Indictione II. regnante ottone piissimo rege XXIII. VI non. Julii anno. Actum magdeburgh, amen.

Aus dem Liber privilegiorum S. Mauricii fol. 26.

Ann. Rinkhurst ist vielleicht das heutige Rückford.

V. König Otto schenkt den Gau Reletice und verschiedene andere Besitzungen, worunter Flechtingen und Stingen genannt zu sein scheinen, der Magdeburgischen Kirche, am 29. Juli 961.

In nomine sancte et individue trinitatis. Otto, Dei gratia Rex. Nouerint omnes fideles Dei presentes scilicet et futuri, qualiter nos pro remedio anime beate memorie domni patris nostri

Heinrici regis et pro incolumitate domne matris nostre Mathilde regine, nec non pro statu et incolumitate regni nostri nostrique dilecteque coniugis nostre Adalheidis regine, nostrique dilecti filii Ottonis, iam primo anno regis, instinctu et monitu Willihelmi, sancte Mogontine sedis venerabilis Archiepiscopi, omnem regionem pagumque vocatum Nelectice, omnemque utilitatem in eo manentem, urbem videlicet Giuiconsten cum salugine eius, ceterasque urbes cum omnibus ad eas pertinentibus, aquis sulsis et insulsis, terris cultis et incultis, mancipiis teutonicis et sclauanicis, municipium etiam uel burguardum urbis Zpuitneburg in pago Nuditzi site cum omnibus ad eandem urbem iure et legaliter pertinentibus, tale quoque predium, quale Huodo in beneficium habet in pago Helmingouue, in comitatu Willihelmi comitis, in locis Breidinge et Bernardesroth cum omnibus ad ea pertinentibus; taleque predium, quale Adalbertus comes in beneficium habet, in comitatu ipsius, in pago Northuringorum, in locis sic nominatis: Dununstetti, Flahitungun, Wazzeresdal, Adinga, cum omnibus ad ea pertinentibus, ex nostro iure in ius et proprietatem beati martiris christi Mauricii ad ecclesiam Magdeburg, in honore ipsius constructam, liberali munificentia transfundimus et donamus, ut rectores ipsius ecclesie absque ulla retractatione liberam potestatem omnium prenominatorum locorum habeant, ut res ecclesiasticas suis usibus adiungendi. Et ut hoc nostre munificentie donum firmum et stabile permaneat, hoc presens preceptum conscribi et annuli nostri impressione signari iussimus, quam et manu propria subtus firmauimus.

Signum Domni Ottonis inuictissimi Regis.

Liudolfus cancellarius ad vicem Brunonis archicapellani recognoui.

Data IV. Kalend. Augusti, anno dominice incarnationis DCCCCLXI., indict. IV., anno videlicet regni Serenissimi Regis Ottonis XXVI., actum in christi nomine feliciter amen.

Aus dem Original-Fragmente des Geh. Staats-Archives und dem Magdeburgischen Copialbuche daselbst.

VI. Kaiser Otto verschreibt von Neuem den Gau Nelectice und verschiedene andere Besitzungen, unter denen Flechtingen und Stingen, der Magdeburgischen Kirche, am 15. April 965.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Otto, Dei Gratia Imperator Augustus. Nouerint omnes fideles nostri presentes scilicet et futuri, qualiter nos pro remedio anime beate memorie domni patris nostri Heinrici regis, et pro incolomitate domne matris nostre Mathilde regine, nec non pro statu et incolomitate regni uel imperii nostri dilecteque coniugis nostre adalheidis dilectique filii Otto regis, instinctu et monitu Willihelmi, sancte mogontine sedis venerabilis archiepiscopi, omnem regionem pagumque uocatum nelectice omnemque utilitatem in eo manentem urbem videlicet giuiconsten cum salugine ejus, ceterasque urbes cum omnibus ad eas pertinentibus, aquis sulsis et insulsis, terris cultis et incultis, mancipiis teutonicis et sclauanicis, Municipium etiam uel burgwardium urbis Hpuitneburg in pago nudhicifite, cum omnibus ad eandem urbem rite et legaliter pertinentibus; tale quoque predium quale Huodo in beneficium

habet in pago Helmingouue in comitatu Willihelmi comitis, in locis Breidinge et Bernar-desroht cum omnibus ad eam pertinentibus; tale quoque que predium quale Adalbertus comes in beneficium habet, in comitatu ipsius, in pago Northuringorum, in locis sic nominatis: Dununfeti, flahungun, Wahherefdal, adinge, cum omnibus ad ea pertinentibus; ex nostro jure in jus et proprietatem beati martyris Cristi mauricii ad ecclesiam magadenburg, in honorem ipsius constructam, liberali munificentia transfundimus et donamus, ut rectores ipsius ecclesie absque ulla retractatione liberam potestatem omnium prenominatorum locorum habeant, ut res ecclesiasticas suis usibus adjungendi. Et ut hoc nostre munificentie donum firmum et stabile permaneat, hoc presens preceptum conscribi et annuli nostri impressione signari iussimus, quam et manu propria subtus firmauimus.

Signvm Domni Ottonis magni et invictissimi Imperatoris Avgvsti. Lvidolfvs cancellarivs ad vicem Brvnonis archicapellani notavi. Data II. Idus aprilis anno dominice incarnationis DCCCCLXV., indictione IIII., anno imperii magni Ottonis avgvsti IIII., regni scilicet XXX. Actum Wifibadun, in Cristi nomine amen.

Gerfen's Codex VI, 383.

VII. Kaiser Otto II. bestätigt dem Erzstift Magdeburg dessen Rechte und Bestzungen und unter diesen Mose, Zübbrieg und Zieltz, am 4. Juni 973.

In nomine sancte et individue trinitatis Otto divina fauente clementia imperator avgustus. Quoniam loca deo sanctisque eius dicata a nostris antecessoribus regibus scilicet uel imperatoribus et possessionibus ampliata et priuilegiis uel decretis munita esse noscuntur, idcirco nos pia domne et carissime genitricis nostre adalheidis ammonitione, ob memoriam et remedium anime piissimi genitoris nostri ottonis priuilegia seu decreta sancte magdaburgensis ecclesie, quam ipse a fundamento construxit, nostra etiam auctoritate roborare et confirmare decreuimus, statuentes inprimis, ne quis comes aut iudex uel uicarius publicus in magdaburgensi ciuitate uel territorio eius aliquam potestatem habeat aut bannum, nisi aduocatus, quem archiepiscopus illius ecclesie secundum suum libitum sibi elegerit, et negotiatores uel iudei ibi habitantes omnesque familie lidorum uel colonorum uel seruorum, uel flauorum illuc pertinentes a nullo alio nisi eodem aduocato secundum leges constringantur uel iudiciales sententias paciantur. Preter hec eandem Magdaburgensem ciuitatem cum theloneo et mercato seu moneta et municipium eius, quod nos burguuardum uocamus, curtem quoque cum omnibus appendiciis territoriis scilicet uel edificiis ex occidentali parte albie fluminis illuc pertinentibus, sicut beate memorie piissimus genitor noster ex suo proprio in ius et proprietatem sancti martyris cristu mauricii pro remedio anime sue liberaliter obtulit, nostra quoque nos munificencia uel auctoritate eidem ecclesie roboramus et confirmamus in locis subnotatis hoc est: fridamaresleba, pretalitze, buchuuui, frofa, rothardestorp, bartaradestorp, liemmanesdorp, thietherisdorp, otteresleba, offeruiddinga, suldorp, immenweddinga, ischedestorp, dudulon, item dudulon, uuodenefuueg,

inendefleba, uuidrichedorp, uuinidifionburg, piznizi, lieuoldefdorp, trumpfice et quatuor manfos in ualdorp. Castrum quoque unefburg, burnon, bifcopefdorp, uulmarefleba, rodenuordi, uuinkildorp, addefondorp, makkenftedi, carlingon, aldenueddingen cum pertinentiis fuis, brunigftedi, dunonftedi, attinge uel quicquid fue proprietatis ad hec loca in pago northuringa pertinere uidentur. Ex aquilonali etiam parte ore fluminis in locis ita nominatis mofan, pelinizi, duodizi, uuooboro, uelbuzi, zelici cum pertinentiis fuis, medubeki, rinchurft, boeftadon cum appendiciis fuis et in pago hardago fcaun, rorefhem cum pertinentiis fuis, uaterfleba, bardorp, druttenftedi, fehtlon cum appendiciis fuis, mercatum quoque in gedlida et monetam cum theloneo. Bannum quoque ficut piiffimus genitor nofter, ita nos quoque eidem fancte magdeburgenfi ecclefie offerimus et concedimus uel quicquid ex occidentali parte uiferue fluminis fancto mauricio liberaliter obtulerat hoc eft rofbeki, uflon cum pertinentiis fuis, brilon, tiuni cum appendiciis fuis et in arpefeld XXX^a manfos, hec et omnia a beate memorie genitore noftro prefcripte ecclefie collata hoc prefenti noftre auctoritatis precepto roboramus et confirmamus. Et ut hec munificentie noftre traditio feu confirmatio fixa permaneat cartam hanc confcribi et anuli noftri signari iuffimus imprefione, quam et manu propria fubtus firmauimus.

Willifus cancellarius ad uicem Rotberti archicancellarii fubfcripfi.

Signum domini Ottonis inuictiffimi imperatoris augufti. Data II. non. Jun. Anno domini inc. DCCCCLXXIII. Indictione XIII. anno imperii fereniffimi imperatoris domini ottonis VII.

Actum Magdeburg in dei nomine feliciter amen.

Aus dem Liber priuilegiorum S. Mauricii in Magd. fol. 37. 38. Nach dem Original abgedruckt in Höfer, Erhardt und von Medem Zeitschrift für Archivkunde II, 348.

Anm. Mofe, Säbbrig und Ziefiz wurden der Kirche zu Magdeburg schon 937 verlichen, vgl. B. VIII, 90. und lagen nördlich der Ohre, mithin in dem urprünglichen Bereiche der nachmaligen Altmark. Mebebecki hält Wohlbrüd für Einbeck, das noch 1363 vorkommt (Dreihaupt Befchr. des Saal-Graues I, 78) und nahe bei Rogätz lag.

VIII. Erzbifchof Gero dotirt das Collegiatftift St. Marien zu Magdeburg mit verfchiedenen Befitzungen, worunter auch fünf Hüfen zu Mofe, am 15. Dezember 1015.

In nomine Sancte et indiuidue Trinitatis. Gero Solo nomine Archiepifcopus licet indignus omnibus Catholice ecclefie fidelibus. Nouerit vniuerfitas fidelium tam prefentium, quam futurorum, qualiter nos ad augmentum diuini cultus, pro Salute anime noftre et predecefforum noftrorum Archiepifcoporum, Ecclefiam in honorem Beate Marie a fundamento ereximus, et in ea congregationem Clericorum collocauimus, quos etiam in noftre congregationis Fratritatem Sanctorum Mauriti et Innocentii Martyrum fufceptos noftre diligentia ftabiliuit firmiter. Hec funt autem que ad fufentationem eorum et post ipfos futurorum perpetuo poffidenda contulimus: In villa Rotenvörda XXII manfos, In villa Winkeltoft VII manfos, In Biere IX manfos, Biere totum X fcilicet manfos, In villa Mülingenslaw Hobas VII, In villa Welskleben VII manfos cum

possessoribus eorum, Villam Walize totam X scilicet mansos cum incolis eorum, Ciuitatem Frose cum omnibus, que ad eam pertinent, quesitis et inquirendis, areis, edificiis, pratis, pascuis, aquis falsis et infalsis et quicquid in ea vtilitatis esse poterit, in mercatu, theloneo et moneta; et capellam eiusdem ciuitatis, in honorem S. Laurentii dedicatam cum dote sua VII scilicet mansis et decima eorum et prato, quod adiacet Albi, quod Frosche Wische dicitur; Villam quoque Claxeldestorp cum decima et mancipiis vtriusque sexus in ea commorantibus, Mansum vnum in villa Evendorp cum tota decima eiusdem ville, In villa Rottersdorp V mansos et ecclesiam eiusdem ville cum dote sua, In villa Mofe V mansos XV solidos soluentes, in Villa Salbeck X mansos cum Sylua, que intercluditur antiqua et noua Albi, certis terminis disposita, a viro nobili Harterado centum talentis comparata, legitimis eius heredibus consentientibus, in presentia Domini Henrici regis secundi, consistente eo Walehusen, anno regni eius duodecimo. Item villam Volckmerstorp a quadam nobili matrona Emmeke vocata precio centum LXX Marcarum comparatam, vt quicquid ex ea vtilitatis prouenire poterit, tam in areis, quam in edificiis, terris, cultis et incultis, Syluis, pratis, pascuis, riuis, riuorumque discursibus, mancipiis, totum in vsus Fratrum nouelle plantationis cedat. Addimus etiam huic donationi quasdam res proprietatis nostre in villa Oldenheim et Oldendorp LXIV mansos et XV mansos in villa Rottmerslebe, IV quoque mansos in Carlsbach et in Carltat sitos dedimus cenobitis in Heroldsfeld, pro decima eiusdem ville Barlinge diete, in Parochia Halverstadiensi site, vt de ipsa decima ea, que vetustas in signorum instrumentis consumserit, reparentur. Predictæ vero Canonie Familiam hoc donauimus libertatis priuilegio, vt nullius aut alterius seruitii incommoda exactione grauentur. Canonici autem defuncto Preposito vel Decano non cogantur alios accipere, nisi quos probatis et vita et moribus elegerint: quod si in eligendo partium vota se diuiserint, aliis alium clamantibus, Sanior pars, Fauente gratia Episcopi, quem elegerit, obtineat. Idem vero qui et Prefectus est vrbs Magdeburg., aduocatus eorum sit, nullumque pro se subadvocatum nisi rogatu Canonicorum, substituatur. Huius rei testes sunt Confratres nostri et Episcopi Meinerus, Hildeuardus, Ericus, Wigo et Zarazo, Fratres de S. Mauritio Hermannus, Decanus, Helmericus, presbyter, Hildebrandus, Presbyter, Theodericus, Presbyter, Ericus, Presbyter, Zetto, Presbyter, Gero, Presbyter, Sivart, Diaconus, Fridericus, Diaconus, Meynsor, Diaconus, Ericus, Sub-Diaconus. His igitur definitis et certis testibus assignatis, autoritate Spiritus Sancti, in virtute Domini nostri Jesu Christi, excommunicamus et eterno anathemate a societate supernorum ciuium sequestramus, Siquis hanc nostram sanctionem presumpserit violare, et temeritatis ausu in aliquo tentauerit annullare. Datum Idus Decembris, Anno Dominice incarnationis M. XV. Indictione XIV, Presidente vniuersali Romane ecclesie Benedicto Papa octauo, anno a gloriosissimi Henrici regis secundi regno XV. Imperii tertio. Anno quoque Pontificatus Geronis Archiepiscopi tertio. Actum Magdeburgi Feliciter, Amen!

Aus alter Copie. Abweichende Abdrücke in Ludewig Reliq. II, 460 und Leuckfeld's Nachrichten von dem Lieb-Frauen-Stifte in Magdeburg S. 4.

IX. Des Abtes Saracho Verzeichniß der Besizungen des Klosters Corvey,
von den Jahren 1053—1071.

Ego Saracho indignus pro nunc abbas monasterii sanctorum martyrum Stephani atque Viti Corbeia vulgariter nuncupati hoc registrum honorum et prouentuum ecclesie nostre de uetusto chartulario in formam subsequenter ea, qua potui, industria transcripsi ac redegi et iussi conseruari, ut sciant tam successores mei quam posterius, quale commodum temporalis subsidii in nostra ecclesia sub canonica et regulari disciplina domino nostro Jesu Christo indefesse seruientes et perseveranter famulantes possideant ad laudem et honorem omnipotentis dei gloriosissimeque genetricis semperque virginis marie nec non sanctorum martyrum Stephani Viti atque Iustini. — — —

In Methisdorphe in pago Belxa continentur falice terre LXXXX iugera et preterea persoluit quotannis helmuuart IIII modios siliginis, XX modios auene et I ouem, heredag II modios siliginis, XX modios auene et I ouem, renold XIII modios siliginis, XII modios auene et I ouem, geruuart XIII modios siliginis, XX modios auene et I ouem, buni VII modios siliginis, XII modios auene et I ouem, luizo VIII modios siliginis, XX modios auene et I ouem, herimar VIII modios siliginis, XXVI modios auene et I ouem, eddi VII modios siliginis, XX modios auene et I ouem.

In Gardeleue in pago Belxa dietuuart, ziozo, figer et albert habent CXX iugera et quilibet quotannis persoluit VIII modios siliginis, XXIII modios auene et II oues.

In Borgstallum in pago Agrotungun uoigo habet XXX iugera et persoluit quouis anno X modios siliginis, X modios auene et XX eminas mellis.

In Marfberg in pago Marstem emigo, meginzo, meinic, oigo, riker et abbo CCXXXX iugera habent et quilibet singulis annis persoluit XVIII modios siliginis, XVIII modios auene et II oues.

In Cobbelici in pago Mofidi dago et deddi habent XXXX iugera et quilibet quotannis persoluit VIII modios siliginis et XVIII modios auene.

In Bithni in pago Mofidi ualthern et gerdag habent XXX iugera et quilibet quotannis persoluit VIII modios siliginis, X modios auene et I ouem.

In Suartelese in eodem pago Mofidi baissi, dedo et luizo habent LX iugera et quilibet persoluit quotannis VI modios siliginis, XII modios auene et II oues.

Aus Falke's Tradit. Corbeiensis Anhang S. 1. 41. u. 42.

Ann. Der Abt Saracho stand, nach Falke's Bemerkung, der Abtei Corvey zwischen 1053 und 1071 vor. In diesen Zeitraum ist daher die Abfassung des von ihm angefertigten Verzeichnisses zu setzen, das sämtliche damalige Besizungen des Klosters Corvey umfaßt. Die oben daraus hervorgehobenen zum Theil in der damaligen Altmark gelegenen Besizungen des Stiftes machen die Nummern 724 bis 730 incl. des Verzeichnisses aus.

X. Bischof Reinhard von Halberstadt verzeignet den Ort Kalbe, mit dem Nonnenkloster, das darin bestanden hatte, und dessen ganzer Ausstattung, worunter Gårdt und Ackendorf und andere Altmarkische Besizungen, dem von ihm gestifteten Augustiner Mönchskloster zu St. Lorenz vor Schöningen, am 18. Oktober 1121.

In Nomine Sancte et individue Trinitatis. Reinhardus, Dei gratia sancte Halverstadenfis Ecclesie dictus Episcopus, beati Stephani protomartyris humilis et devotus famulus, omnibus Christi fidelibus, tam futuris, quam presentibus in perpetuum, gratia vobis et pax adimpleatur. Officii nostri debitum exoptulat, nos religiosos viros, fratres nostros, regulam Beati Augustini professos, in contemplatione vite dulcedine quiescentes, et cum Maria ad pedes Domini sedentes, et verbum illius, optimam partem etiam eligentes, paterno caritatis affectu diligere, et cum Martha in active vite labore, piam pro eis sollicitudinem gerere, et eos per omnia in suis oportunitatibus pro posse nostro confovare; Et cum per Apostoli preceptum operari bonum, ad omnes doceamur, maxime tamen domesticis fidei apostolice utique vite imitatoribus assistere informamur, ea propter notum esse cupimus omnibus Christi fidelibus, qui coequalem nobiscum sortiti sunt fidem, quod Scheningensis cenobii novellam plantationem quarundam sanctimonialium, ob inutilem earum conversationem, remotionem loci etiam, in quo manebant, necessariam mutationem et cetera, que literis prioribus adnotavimus, et posterorum memorie transmisimus, rata esse censemus, cum aliquid eorum, que scripta sunt, immutamus, ut videlicet regule Beati Augustini Canonica professio in eodem loco in perpetuum permaneat, nullusque, post factum inibi votum, absque licentia capituli recedere audeat. In statuendis etiam Prepositis canonice electionis libertas firma perduret. Predia fratrum, que prius sanctimoniales ille possederunt, et que postmodum adjecimus, nullus temere invadat, ipsos et bona eorum tuentes Dei omnipotentis gratia custodiat, et persequentes eos ultio divina percellat. Presentem paginam posteritati fidelium scribimus, inque locum quendam, qui Calvo dicitur, juxta vlonem situm, in quo felicis memorie Oda Comitissa, regia stirpe orta, sanctimonialium congregationem pio voto collocaverat, sed peccatis exigentibus malorum hominum sepius desolatus est, cum vniuersis allodiis, que illi attinebat, Scheningensium Fratrum utilitati episcopali auctoritate delegamus. Eundem etiam locum et omnia ad ipsum aliquando attinentia omnium hominum potestati et vsui, anathemate interposito, abdicamus, divina quoque illic celebrari, locumque ipsum ab aliquo incoli, nisi voluntate Scheningensis Prepositi et fratrum ejus, nullius presumptioni assensum damus. Nullus etiam successorum nostrorum, nec aliqua prorsus ecclesiastica secularisve persona, annorum eorum centum et jus qui eis seruiunt, et antiqua traditione usque ad nos statutum pro decimis addere, vel minuere, vel mutare presumat. Preterea, quem vulgato nomine Advocatum vocant, Prepositus et fratres eligant, et si plus justo sorte importunus esse voluerit, episcopali autoritate alium magis idoneum illi substituunt. Hec autem sunt predia, que venerabilis Matrona, et ejusdem loci Abatissa alique illi cenobio contulerunt. In villa, que dicitur Hergrimestorp XVIII aree cum decem et novem mansis. In Helmerichestorp XV aree cum duodecim mansis, in Suammere XII mansi et dimidius et XV aree. In Luckestorp XI aree et octo mansi. In Rodensleve XII et XVI aree. In Geroldestorp VII aree cum V mansis. In Iggersleve II et totidem mansi. In Helleffe III mansi et VII aree cum adjacente sylva. In Budenstedo I mansus et I area. In Dalwersleve I mansus et area. In Edentorp mansus et area. In Balinge VI mansi et X aree. In Svardelese VII cum tot mansis. In Bullstringe II aree et II mansi. In Bindorp III aree et duo mansi et dimidius. In Bouga mansus et area. Eslestede

et Akendorp juxta Gardeleve cum omni utilitate et in sylva, que Heineisse dicitur, et his contigua est, participatio. Oroploge cum omnibus attinentiis. Luiduine dimidia cum omni utilitate. Schirinbeche ex integro, exceptis duobus mansis nostri juris, quos etiam Beato Laurentio in Scheninge contulimus. In Hierenrode mansus et area, in Allende tres mansi et dimidius et due aree. In Banisleve mansus et area. In Vdenheim III mansi et dimidius cum tot areis. Juxta Bardewick in Mechtenhusen vnum partiale et dimidium, in Bekenhusen, qui solvunt XXIV solidos, in villa Schenigge XXII aree et VII mansi cum pratis vt vibus sylvarum, et utilitate salis, et molendinum in superiori parte ejusdem ville. Preterea omnia predia parochialis Ecclesie beati Stephani protomartyris in eadem villa, que fratrum vibus assignavimus. Has itaque possessiones, quas presens pagina continet, quas videlicet supra dicta nobilis femina et alia Abbatisse et reliqui fideles juxta donationem priori loco delegaverunt in villis et locis desertis, in campis et sylvis, in agris cultis et incultis, in vineis et vinetis, in arbutis et arboribus, in pratis et pascuis, in aquis et aquarum decursibus, in molis et molendinis, in piscationibus et venationibus, in exitibus et redditibus, in viis et inviis, in adquisitis et acquirendis, vel etiam eas, que aliquorum violentia cenobio substracta sunt, in ipso sub patrocinio beati Laurentii Deo famulantium vibus hoc testamento assignamus et ne imposterum inquietorum temeraria presumptione auferri debeant, sigillo nostro, que scripta sunt, roboramus In nomine etiam Patris et Filii et Spiritus sancti, auctoritate Apostolorum Petri et Pauli potestate quoque Domini Calixti summe sedis Pontificis et banno nostro, Scheningensi monasterio et omnibus in eo merita Beati Laurentii devote venerantibus et eorum possessionibus, quas in presenti juste possident, et in futurum concessione Pontificum, largitione regum, liberalitate Principum, oblatione fidelium seu quibuslibet modis adipisci poterunt, eterna pace firmamus, et hanc ab omnipotentis Dei misericordia perpetuam eis imprecamur et optamus. Si quis igitur, sciens hec statuta nostra contraire tentaverit et fratres nostros et bona eorum in aliquo infestare presumerit, non sit ei hereditas in regno Christi et Dei, sed abscissus ab unitate corporis Ecclesie, nec refurgat in concilio iustorum, si non agnosceat reatum suum respenderit, et pro temeritatis ausu patri cenobii et fratribus satisfecerit, omnes autem eidem loco et Deo in ipso ferventibus, que iusta sunt, deferentes et tam ipso quam bona eorum pace prosequentes et defendentes, gratuita Dei omnipotentis misericordia preveniat et subsequatur et gloriosa Beati Laurentii incliti martyris intercessio tueatur Amen. Huius pagine testes sunt hi: Elverus, maioris Ecclesie Prepositus. Gerhardus, Decanus. Martinus, Custos. Conradus, Camerarius. Martinus, Abbas Hilfiniburgensis. Alfridus, Hugerburgensis Abbas. Gerhardus, Prepositus S. Johannis in civitate. Thietmarus, Prepositus Scheningensis cenobii. Fridericus, Palatinus Comes iunior. Rudolphus, Marchio. Adelbertus, Comes de Ballenstide. Adelbertus, Comes de Wernigerode. Beringerus, Advocatus maioris domus. Wilerus, Prefectus in civitate. Engilmarus, Vicedominus. Eberhardus, Advocatus Sheningensis, Cenobii, et alii quam plures nobilium et ministerialium. Actum Halberstad, anno Dominice incarnationis millesimo centesimo vigesimo primo. Indictione XIV, in publica Synodo, in festo Beati Luce Evangeliste, Prefulatus Domini Calixti Pape III. regnante Henrico V. Romanorum Imperatore Augusto, Anno ordinationis Domini Reinhardi Episcopi XIV. feliciter, Amen.

Lünig's Reichsarchiv XVII, 31. Falke Trad. Corb. 760. Cuno Memorial. Schoning. p. 283. Braunsch. Anz. v. 1748 Sp. 1490. In Falke ist die erste Lücke, welche das Original darbot, wahrscheinlich ganz willkürlich in der folgenden Weise: locum, qui Caluo dicitur, iuxta salam uersus aquilonem situm — die zweite Lücke durch das Wort depredatione ausgefüllt.

XI. Markgraf Albrecht der Bär beurfundet die Uebergabe des Dorfes Mose an das Kloster Unser Lieben Frauen zu Magdeburg und die Beseitigung der auf diesen Besitz gemachten Ansprüche verschiedener Privatleute (1144?).

In nomine sancte et individue Trinitatis. Notum sit universitati fidelium, quod ego Albertus divina favente gratia Marchio, villam quandam Mose, ab ecclesia Magdeburgensi libere, et sine omni querimonia in beneficio habuerim, eadem Comes Otto de Hildesleve a me beneficiatus fuerit. Postmodum autem ob spem eternorum villam hanc, Ottone Comite ipso consentiente, recepi, eamque Domino Conrado, Archiepiscopo Magdeburgensi, manu propria resignans, ut ecclesie Beate Marie per manum ejusdem Venerabili Archiepiscopi traderetur impetravi. Factum est ergo celebri consensu cunctorum, nullius tunc de bonis his querimonia obstrepente. Vnde et in possessionem perpetuam villa eadem Mose ipsi ecclesie banno memorati episcopi confirmata est. Evoluta autem aliquo tempore, cum labore fratrum ecclesie Beate Marie coleretur, matrona quedam nomine Emecke cum tribus filiis, se suosque heredes quinque mans in eadem villa injuste privari conquesta est, multaque importunitate, et crebra querimonia, licet injusta esset, tandem reconciliationem secum fieri exegit, datisque sibi et filiis talentis tribus, ab hac querimonia voluntarie cum filiis ipsa quievit. Cujus rei confirmatio facta est in placito Comitum Ottonis in villa Dalwarkesleve; testes adhibiti sunt Bruno de Iresleve, Howolfus de Gersleve, cum filio suo Howolfo, Ochtericus de Dalwersleve et alii plures. His ita gestis filii sororis supra dicte Emecken eosdem V mansos inopinata rursus querimonia sibi vindicare ceperunt, qui item datis sibi quatuor talentis ab hac querimonia cessaverunt. Idque nihilominus in placito Comitum Burcharidi in villa Euendorp stabilitum est. Cujus rei testes sunt Lochwicus, Prepositus ecclesie Sante Marie cum fratribus suis quam plurimis, Hazeco, majoris ecclesie Decanus, et alii quam plurimi. Sedatis autem his, emisere duo fratres de Haldesleve, Henricus videlicet et Thiatmarus, qui in prefata villa Mose ex parte matris XII mansos sibi usurpare conati sunt. Quorum licet injusta esset querimonia, sicut et prior erat, reconciliatio tamen rursus cum eis facta, datis eis talentis tribus et manso vno, sito in Huvereckesleve, ipsi vero coram Sifrido, prefecto Magdeburgensis civitatis, omni querimonia huic abrenunciaverunt. Cui pollicitationi fidejussores Johannem, Henricum, Sigehardum, ministeriales Ducis adhibuerunt. Sed non multo post quidam de Gardeleve, filii eorundem fratrum matertere, supra dictos XII mansos inopinata querimonia ceperunt expetere, quorum importunitati et injuste querimoniae nihilominus cedendo fratres ecclesie Beate Marie reconciliationem fecerunt datis eis V talentis, ipsisque reconciliationi huic voluntarie assentientibus etc.

Ludewig Reliq. Mspt. II, 357. Leuckfeld Antiq. Praem. 77. Hugo Annal. Praem. II, 113. Buchholz Geschichte der Churmark Brandenburg I, 424 (Fragment).

Ann. Erzbischof Conrad starb 1142.

XII. Erzbischof Friedrich von Magdeburg bekundet den Hergang, nach welchem das Dorf Mose dem Kloster Unser Lieben Frauen zu Magdeburg zu Theil geworden und bestätigt auf Veranlassung des Markgrafen Albrecht des Bären von Neuem diese Schenkung, im Jahre 1144.

In nomine sancte et individue Trinitatis. Fridericus, Dei gratia sancte Magdeburgensis ecclesie Archiepiscopus; noverit universitas fidelium, quod in villa Mose dicta ecclesia Beate Marie ex antiqua traditione quinque mansos possederat, reliquam vero ejusdem ville partem Marchio Albertus ab Archiepiscopo Magdeburgensi, itemque a Marchione Comes Otto in beneficium habuerunt. Interea novis quibusdam et magnis emergentibus causis, cum Marchio Albertus, a principibus Saxonie propulsus fuisset ferme per quinquennium a patria, Comes Otto ob spem refrigerii sempiternam idem beneficium Conrado, tunc temporibus hujus Magdeburgensis ecclesie Archiepiscopo, eo tenore resignavit, ut ecclesie Beate Marie condonaret. Cujus petitioni Conradus jam dictus Archiep. elementer annuens, tum pro Dei et fratrum amore, quo eos diligebat intime, tum etiam ob dilectionem ejusdem Comitis, erat quippe ei in consanguinitatis linea proximus, eandem villam Mose beate Marie tradidit, suoque banno confirmavit. Dehinc exacto ferme quinquennio, et Conrado Arch. migrante de hoc seculo, sedataque werra, que inter Saxones et Regem Conradum erat; (ob hanc enim causam predictus Albertus Marchio, quia Regis parti contra Saxones faverat, ut dictum, est, propulsus fuit a patria,) cum ille patriam honoremque suum ad integrum possedisset, incausatus est sepe dictum Ottonem Comitem, eo quod beneficium suum sine suo assensu Archiepiscopo resignasset, illeque Beate Marie tradidisset. Hoc autem fecit, non quod moleste ferret, hoc collatum esse fratribus Deo sancteque Marie famulantibus, ipsos quippe diligebat plurimum, sed sicut sepe testabatur, ut omnis querela de hoc sopiretur heredum suorum post se futurorum. Tandem in hoc Comes et Marchio convenerunt, ut idem beneficium, villam videlicet Mose, Comes Otto Marchioni, illeque nobis resignaret, ea conditione, ut quod predecessor meus inchoaverat, ego confirmarem et stabilirem. Annuens itaque eorum petitionibus, eandem villam cum omnibus suis vrbibus, cultis et incultis, campis, pratis, viis et inviis, acquisitis et acquirendis, sive quicquid dici aliud aut nominari potest, in usum fratrum Deo et Sante Marie ferventium tradidimus, nostroque banno confirmavimus, sola excepta decima, que non sui iuris, sed Halberstadtensis erat Episcopi.

Ludewig Reliqu. Manuscript. II, 356. Buchholz Geschichte der Churm. Brand. I, 422. Leuckfeld Antiq. Praemonstr. 73. Hugo Annal. Praem. II, 112. Die Ausgabe des Jahres nach Dreihaupt Besch. des Saal-Gräbes I, 31.

XIII. Bischof Rudolph von Halberstadt überläßt dem Kloster Unser Lieben Frauen in Magdeburg den Zehnten des Dorfes Mose, welchen Markgraf Albrecht der Bär und seine Vasallen resignirt haben, (im Jahre 1145?)

In nomine sancte et individue trinitatis. Rodolfus, Dei gratia Halverstadenfis episcopus. Pateat tam futurorum, quam presentium fidelium sagacie industrie, qua ratione dati et accepti decima cuiusdam ville, que dicitur Mose iuxta fluvium Oram in partibus aquilonis per me et venerabilem archiepiscopum Fridericum data sit de nostra ad ecclesiam beate Marie Magdeburgensis cuius et fundus est ipsius ville predictae. Que decima quamvis beneficii iure XII solidorum taxatione annuatim estimatur, eo tamen tempore, quo usum illius decime ad ecclesiam beate Marie transtulimus, villa Mose partim cultore vacabat, partim sclavorum decimam non solventium nomine subigebatur, ideoque decima vel nulla erat, vel ea tantum, quam non sinodalis iusticia, sed militaris violentia extorquebat, per exactionem eorum videlicet hominum marchionis Alberti, quia illam ab eo inbeneficiati fratres de sancta Maria in ceteris bonis illius ville supra modum gravabant. Quod fratres predicti non ferentes in eius decime redemptionem plusquam duodecim talenta expenderunt, vt Marchioni ab hominibus suis, et nobis a Marchione resignata eis nostra largitione in perpetuum habenda emanciparetur. Quod vbi factum est, animaduerti nonnullam querimoniam fratrum de sancto Paulo pro eadem decima, quam suam esse affirmabant. Quibus ab ecclesia beate Marie mansus soluens X solidos in Bresloue in recompensationem illius decime vtriusque partis consensu et petitione donatus est. Sic omnia in vnum sunt terminata. Decimam predictae ville a Marchione Alberto et preposito Wichmanno, consentientibus et petentibus canonicis suis, nobis resignatam per manum predicti venerabilis archiepiscopi, ecclesie beate Marie absolute et inrefragabiliter in perpetuum habendam contradidimus. Et vt hec nostre donationis siue traditionis carta futuris temporibus firma semper et inconuulsa permaneat, tam venerabilis predicti Marchionis Alberti, quam nostri sigilli impressione signamus eam et banni nostri auctoritate roboramus. Si qua ergo in posterum ecclesiastica secularisue persona contra hanc nostre institutionis paginam ausu temerario venire presumpserit, anathema sit, quousque factum suum digna penitentiae satisfactione emendet. Conferuantibus autem sit remissio peccatorum.

Ludewig Reliqu. Mspt. II, 359. Leuckfeld Antiqu. Praemonstr. 75. Hugo Annal. Praemonstr. II, 114.

XIV. Bischof Rudolph von Halberstadt entscheidet den Streit des Markgrafen Albrecht des Bären mit den Brüdern de S. Paulo in Halberstadt über den Zehnten des im Magdeburgischen gelegenen Dorfes Mose, etwa um das Jahr 1145.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Rodolfus, Dei gratia Haluerstadenfis episcopus. Pateat tam futurorum quam presentium fidelium sagaci industrie, quod ego Rodolphus notum facio de decima cuiusdam ville, que dicitur Mose, iuxta fluvium Oram in parte

aquilonis, qua ratione dati et accepti per me et venerabilem Magdeburgensem archiepiscopum Fridericum data sit de nostra ad ecclesiam beate Marie in Magdeburg, cuius et fundus est ipsius ville predictae. Pro qua decima inter Marchionem Albertum et fratres de sancto Paulo talis agitabatur controuersia. Illi nostra est inquit, decima, ostendentes ab episcopis sibi data priuilegia et ille, non, Sed mea est possessio, computans eam inter cetera, que habet a nobis, beneficia sua. Illi tantum scriptum, iste obtinuit decimam, non sine querela eorum uentum est ad nos. Gratiis Deo, ambo conuenerunt in vnum, vterque ipsam decimam nobis pari consensu resignauerunt, hac videlicet conditione, vt eam absolute et inrefragabiliter in perpetuum habendam daremus sancte Marie in Magdeburg, hoc nimirum commercio, vt ab eadem ecclesia et fratribus de sancto Paulo mansus in villa Bersleue soluens X solidos maioris tum precii daretur, et Marchioni Alberto frequentium orationum potior retributio. Sic factum est. Sic terminatum est. Sic confirmatum est per me et dominum predictum archiepiscopum Fridericum, coram multis idoneis, qui subscripti sunt, testibus. Et vt hec nostre actionis pagina inconuulsa et illibata et perpetualiter permaneat, sigilli nostri impressione eam insigniuimus. Quicumque autem hanc pactionem pertinaciter voluerit violare, et hanc nostre traditionis paginam presumpserit cassare, nisi cito resipuerit, anathema sit.

Ludewig Reliqu. Mspt. II, 360. 361. Leuckfeld Antiqu. Praemonstr. 76. Hugo Annal. Praemonstr. II, 115.

XV. Graf Dedo von Groitsch überläßt dem Kloster Unser Lieben Frauen in Magdeburg das Grundstück Badenacker bei Mose in Magdeburgischen, welches Markgraf Abrecht rüchfichtlich der Vogtei in seinen Schutz nimmt, am 3. September 1159.

Dedo, divina favente clementia Comes. Notum sit uniuersitati fidelium, tam presentium quam futurorum, quod ego Dedo, Dei Gratia Comes, fundum quendam, quem Badenacker vocant, qui mihi hereditario iure ex coniunctione vxoris mee Machtildis obuenit, fratribus ecclesie Beate Marie Magdeburgensis, consensu memorate vxoris mee, filiorumque meorum, Theodorici et Philippi, sexaginta libris eris vendiderim. Huic autem fundo pratum quoddam attinet, quod pro remedio anime mee, vxorisque et filiorum meorum, ipsis consentientibus, ecclesie Beate Marie in vsu predictorum fratrum obtuli et adhibitis idoneis testibus absque cuiusdam contradictione perpetuo possidendum stabilivi. Huius ergo rei consummatio et confirmatio acta in villa Elvebuge super ripam Albis fluminis, me vna cum legitimis heredibus meis, ea, que predicta sunt, super reliquias Beate Marie offerente et Marchione Adelberto, cum filio suo Ottone Marchione, iure advocatie, sub tuitionem sui rite eadem suscipiente. Ne qua igitur futuris temporibus postmodum de his omnibus cuiusquam querimonia oriatur, actionem hanc scripto annotauimus et sigilli nostri impressione insignitam perpetuo confirmauimus. Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCLVIII, indictione VII. concurrente III. epacta XI. Idus Septembris Adriano summo pontifice Sante Romane ecclesie presidente, regnante Friderico Romanore imperatore semper augusto; sub presulatu venerabilis Wichmanni, Magdeburgensis archiepiscopi. Amen. Huius rei testes sunt

Wichmannus, Magdeburgensis archiepiscopus, Hazecho, decanus maioris ecclesie, Ludewigus, prepositus ecclesie Sante Marie, Baldewinus, Arnoldus, Odelricus, eiusdem ecclesie canonici. Eilhardus, Gifilbertus, Baldewinus, Meinherus, Reinleuus, laici fratres. Adelbertus marchio, Otto, filius eius, Theodiricus marchio, Wernherus, comes de Veltheim, Vffo, Bruno de Gerloue, Richardus de Alefloue, Heremannus de Bardenloue, Heinricus filius prefeti Sifridi, Ericus de Eleuebuge, Godescalcus de Wolmerstede, Conradus de Witin, Godescalcus, Heinricus Houet, Burchardus, Otto, Theodiricus.

Nach Abdrücken in Buchholz Gesch. d. Ehurm. Brand. I, 423. Ludewig Reliqu. Mspt. II, 361. Leuckfeld Antiqu. Praem. p. 85. Hugo annal. Praem. II, 117. Huttschenreiter Reise der Präbste S. 7. und Wiggerts Ergänzungen in 2. v. Ledebur, Allg. Archiv XII, 279.

XVI. Markgraf Albrecht der Bär bestätigt den Kauf des bei dem Dorfe Mose gelegenen Grundstückes Badenacker für das Kloster Unser Lieben Frauen in Magdeburg, am 3. September 1159.

Adelbertus divina favente clementia Marchio. Quoniam disponente Deo in defensione fidelium vicaria ipsius administratione perfungimur, summopere procurandum nobis est, quatenus ministerii huius idonei executores inveniamur. Inde est, quod ecclesiam Beate Marie Magdeburgensis debito nobis iure advocatie manu tenemus et ne qua honorum eius iniusta direptio fiat, solerti vigilantia vigilare studemus. Notum ergo facimus universitati fidelium, tam presentium, quam futurorum, quod fratres eiusdem ecclesie fundum quendam adiacentem villa Mose, qui vulgato nomine Badenacker vocatur, a Comite Dedone, filio Marchionis Conradi pretio LX librarum emerint, et perpetuo possidendum absque cuiusquam contradictione susceperint. Huius emtionis consummatio et confirmatio acta est in villa Elvebuge, super ripam Albis fluminis, prefato Comite Dedone, consensu vxoris sue, et legitimorum heredum, super reliquias Beate Marie, cum attinente prato, memoratum fundum offerente, meque cum filio meo Ottone Marchione, ex decreto provincialis iuris, pollicitatione publica, sub tuitione nostri iuris ipsum rite suscipiente. Ne qua igitur futuris postmodum temporibus de his omnibus cuiusque oriatur querimonia, actionem hanc scripto annotavimus et adhibitis idoneis testibus sigilli nostri impressione insignitam perpetuo confirmavimus. Acta sunt hec anno dominice incarnationis MCLVIII, indictione VII. concurrente III epacta XI Idus Septembris, Adriano summo pontifice Sante Romane ecclesie presidente, regnante Friderico Romanore imperatore semper augusto, sub presulatu venerabilis Wichmanni, Magdeburgensis archiepiscopi. Amen. Huius rei testes sunt Hazecho, decanus maioris ecclesie, Ludewigus, prepositus ecclesie Sante Marie, Arnoldus, Odelricus, eiusdem ecclesie canonici. Eilhardus, Gifilbertus, Baldewinus, Meinherus, laici fratres. Wernberus, comes de Veltheim, Vffo, Bruno de Gerloue, Richardus de Alesloue, Heremannus de Bardenloue, Ericus de Eleuebuge, Godescalcus de Wolmerstede, homines etiam memorati comitis

Dedonis, Conradus de Witin, Godescalcus, Heinricus Houet, Burchardus, Heinricus filius prefecti Sifridi.

Buchholz Gesch. d. Churm. Brand. I, 423. Ludewig Reliqu. Mspt. II, 362. Leuckfeld Antiqu. Praemonstr. 86. Hugo annal. Praemonstr. II, 118. Zeitbestimmung und Verbesserungen von Wiggert in L. v. Ledebur's Archiv XII, 278.

XVII. Verzeichniß der im Balsamerlande gelegenen Besitzungen des St. Ludger-Klosters in Helmstädt, vom Jahre 1160.

In Balsamia in lamen VIII mansi, in thisele VIII mansi, in wintherge III mansi, in Beldinke VII mansi, in svartelese VI mansi, in Wabrenze XIII mansi, in thornstede VI mansi, in dobbelin XIII mansi, in hamerten X mansi, in herre VII mansi.

Aus dem Liber honorum monasterii S. Ludgeri Helmonstadensis, vom Herrn Pfarrer Behrends im I. Bande von Forstmann's Neuen Mittheilungen Heft 4. S. 21 zum Druck befördert.

XVIII. Markgraf Otto I. consentiret in die von seinem Bruder, Grafen Dieterich zu Werben, der Kirche zu Obernkirchen gemachte Schenkung der Kapelle zu Bückeburg mit dem dazu gehörigen Hofhof, wie auch des Hofes, worauf die Burg gestanden, im Jahre 1181.

In nomine Sancte et individue Trinitatis. Ego Otto, Marchio de Brandenburg. Si ampliandis divinis cultibus alimoniis Christo Deo famulantibus largius impendendis consensum bone voluntatis apponimus profectuosum certissime credimus. Notum igitur esse cupimus omnibus Christi et Ecclesie filiis presentibus et futuris, quod dilectus frater Theodericus, Comes de Werbene, Capellam in Buckeburch cum suis attinentiis nominatim domum in Rosen et curiam, in qua castrum fuit, cum agris, adiacentibus cultis et incultis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, molendinis, pratis, pascuis, fluis, viis et inuis, cum omni vilitate inde proveniente ad dilatandum omnipotentis Dei honorem et pro anime sue salute totiusque nostre generationis, Ecclesie beate Marie in Overenkerken cum nostri consensus collaudatione contradidit et nos piam eius actionem nostri assensus attestacione fidelissime corroboramus. Unde ut hec eius traditio et nostre collaudacionis attestacio inconuulsa et rata permaneat, presentem cartam conscribi iussimus et sigilli nostri inpressione communimus. Anno dominice incarnationis MCLXXXI. Indictione XIV. Sifridus, burchgravius de Arneburch, Conradus de Witin, Wernherus de Cludene, Fridericus de Osterwalde, Gerhardus Valca, Fridericus, aduocatus de Saltwidele, Bruno

de Gersleve, Conradus de Veltberc, Godescalcus de Redese, Cono, camerarius de Arneburgh, Wernherus de Gardeleue, Rothengerus et Wernherus.

Die vorstehende Urkunde, deren Original sich im Stifte Obernkirchen befindet, ist vom Herrn G. F. Mooyer in Minden mitgetheilt.

XIX. Bischöfliche Bestätigung eines Tausches, worin Graf Heinrich von Gardelegen den Zehnten in Mose dem Stifte Unser Lieben Frauen in Magdeburg für 2 Hufen in Sandow überläßt, ohne Jahr (c. 1190).

Vniuersitati fidelium tam presentium quam futurorum notum esse cupimus, quod nos ad contractum concambii inter nos et ecclesiam beate Marie in Magdeburg efficaciter operam adhibuimus, quod, qua ratione dati et accepti factum sit, subter annotata pagina euidenter explicabit. Versus aquilonem iuxta fluuium, qui Ora dicitur, villa quedam sita est vocabulo Mose, presate ecclesie pertinens cum omnibus suis vsibus et cum decima, et cum quodam adiacente predio, qui vulgo Badenacker dicitur. Cuius predii decima ad nos respectum habuit, quam etiam comes H. de Gardeleben inter reliqua beneficia a nobis in feodo tenuit. Igitur fratres predictae ecclesie eandem decimam ex multis concurrentibus causis sibi considerantes accommodam, ad hoc studium suum ceperunt intendere, quatinus eam siue aliorum reddituum commutatione seu alio quocunque iusto modo a nobis redimerent, et suis vtilitatibus manciparent, ne forte de extraneorum cum eis commercio disturbande eorum quietis et pacis occurreret occasio, et gratia huius partis vsusfructus eis solite immineretur integritatis. Verum quia res effectum habere non poterat preter eius consensum, quia eam in feodo tenebat, nos benigno assensu iusto eorum concurrere cupientes desiderio, ita tamen quod Halberstad. a nullo exinde lederetur dispendio, communicato fidelium nostrorum consilio tandem cum dicto Comite in hoc conuenimus, vt ipse decimam in manus nostras resignaret et quatuor mansos in villa Sandowe pro eius redemptione a sepe dictis fratribus Halberstaden sibus collatos in recompensatione feodi sui reciperet, sicque nec predictorum religiosorum voto nostrorum deesset amminiculum, nec cuiilibet parti aliquod ex nostra negligentia proueniret detrimentum. Vt autem id quod factum est, nulla ambiguitate titubaret in posterum, ad confirmandum id sigilli nostri adhibuimus testimonium, sub anathematis animaduersione prohibentes, ne id, quod iuste et rationabiliter statuimus, futuris temporibus cuiuslibet temeritatis eneruare presumat incurfus. Quin potius beate virginis ecclesia eius, quod iuste commutationis titulo adeptae est, libera et quietae possessione gaudeat et ob merita nostri nominis memoria in ea in benedictione perpetuo permaneat.

Ludewig Reliqu. II, 424.

XX. Graf Heinrich in Gardelegen giebt der Kirche zu Lutter im Herzogthum Braunschweig zwei derselben, von den Zeiten der Slawen her, zugehörige Hufen Landes in Wolgfelde zurück, im Jahre 1191.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Noverit tam futurorum quam presentium universitas, duos mansos in Folckfelde a temporibus Slavorum ecclesie in Luttera cum omni iure attinuisse, verum per longinquitatem temporis, re in oblivionem deducta, vt fieri solet, a predecessoribus nostris per ignorantiam detentos. Ego vero Henricus, Dei Gratia Comes in Gardelege, per plurimos indubitate fidelitatis assertores instructus, intuitu superne retributionis, faciliter fidem adhibens, eosdem mansos abbati et conventui nec non ecclesie in Luttera cum omni iure, dominio et vtilitate, quo prius habuerunt, infuper sine exceptione, confero et restituo eisdem. Acta sunt hec in Stendale, anno dominice incarnationis MCXCI, anno primo obitus Friderici Imperatoris, regnante pro eo filio suo Henrico VI., archipresule Wigmanno in Magdeburg, Theodorico, Sante Halberstadenfis ecclesie Episcopo, presente eiusdem ecclesie Decano Gerberto, Comite Alberto de Osterburg et filio suo Wernero et Sifrido, venerabilis principis scriptore, et Theodorico de Schonenwalde, Engelberto de Aldenhufen, Bertramo de Scheningen et aliis quam pluribus.

Nach der im Herzogl. Landeshauptarchive zu Wolfenbüttel aufbewahrten handschriftlichen Chronik des Stiftes Königslutter.

Anm. Das Benedictiner Mönchskloster zu Königslutter besaß im 12. Jahrhunderte außer dem Dorfanteile, wovon die obige Urkunde Nachricht giebt, noch andere Güter im Umfange der heutigen Altmark, namentlich besaß es das Dorf Wdh-ringen bei Stendal. Es ist jedoch unbekannt, wie das Stift in den Besitz des letztgedachten Ortes gelangte. Man findet nur in einem Verzeichnisse der Königslutter'schen Kloster-Güter vom Jahre 1201 folgende Notizen von diesem Dorfe:

Morungen prope Stendal, slauitica villa postea deserta facta, a Wernero, comite de Veltheim, avo comitis Sifridi de Aldenhufen (lebte zwischen 1160—1188). — Comes Albertus, filius Weneri de eiusdem ville Morunge Campo, eo quod spatiosius esset valde, duodecim mansos exponi fecit et aliis cultoribus in platea, que dicitur Nippof locavit.

Pfessinger, Historie des Braunschweig-Lüneburg'schen Hauses 1, 512.

XXI. König Otto IV. tritt dem Erzbischofe von Magdeburg für seine Anerkennung als Reichsoberhaupt Haldensleben, seine in der Mark Brandenburg und in der Wische belegenen Erbgüter und verschiedene andere Rechte und Besitzungen ab, wohl im Jahre 1209.

Otto, dei gratia Romanorum Rex et semper Augustus vniuersis imperii fidelibus hoc scriptum intuentibus gratiam suam et omne bonum. Recognoscimus et presentibus litteris profite-mur, quod inter nos ex vna parte et inter dominum Albertum, Magdeburgensem archie-piscopum, ex alia parte admilla est compositio in hunc modum. Conferemus ecclesie Magdebur-gensi Haldesleue cum omnibus attinentiis suis et omnem proprietatem, quam pater noster habuit

in Marchia Brandenburg et in terra, que wisch vocatur. Dedimus quoque fideiussores, quod proprietatem istam stabiliemus ecclesie in omni iurisdictione, vbi bona sita sunt, et secundum iustitiam warentabimus eam de ipsis bonis cum pleno consensu heredum nostrorum et super hoc dabimus priuilegium nostrum ecclesie Magdeburgensi. Item nos et fratres nostri renunciabimus omni iuri, quod diximus nos habere in castro somerfcenburg et in omnibus attinentiis ipsius. Renunciabimus preterea omnibus feodis, que pater noster tenuit ab ecclesia Magdeburgensi, in quibus dicebatur ius habere. Item nos dabimus priuilegium ecclesie, quod nunquam in bonis ecclesie contra voluntatem archiepiscopi vel successorum suorum faciemus exactionem vel sumemus hospitium, nec vnquam monetam vel teloneum, iuxta consuetudinem imperatorum, que in curiis obseruabatur in ciuitatibus archiepiscopi occupabimus. Ecclesiam in nullo officio pregrauabimus. Dabimus preterea priuilegium ecclesie, quod nunquam in ecclesia Magdeburgensi et subfraganeorum ipsius reliquias accipiemus archiepiscopi uel episcopi decedentis. Castrum lewenberg non concedemus alicui hominum, nisi forte archiepiscopo vel ecclesie concedamus. Item, si ecclesia Magdeburgensis per archiepiscopum vel per aliquem successorum suorum, vel per se ipsam, in monte, qui vocatur Merenret, castrum uoluerit erigere, et habuerit super hoc consensum comitis sifridi de blankenburg et comitis Heinrichi de reginsten, nos ad edificationem iuuabimus ecclesiam. Si vero contrarium fuerit comitibus memoratis, nos tamen propositum ecclesie non impediemus vilo modo. Item quoscunque de ministerialibus, qui bonis Haldesleue attinent, archiepiscopus inducere poterit, vt tanquam ministeriales ecclesie fidelitatem sibi faciant, cum bona voluntate nostra et fratrum nostrorum erit, et illis bona sua iure ministerialium concedet, aliis vero bonis eisdem attinentibus concedet tamquam hominibus ecclesie bona sua. Donationi quoque, que Heinrichus Imperator fecit ecclesie de bonis in lutere, non renunciet archiepiscopus, sed nos amice per sua seruicia monebit, vt ratam seruemus eandem. Preterea in nullo loco ecclesie pertinenti ponemus de nouo teloneum vel monetam. Ceterum nos iuuabimus ecclesiam Magdeburgensem ad edificationem suam secundum consilium archiepiscopi. Dabimus insuper archiepiscopo tria milia Marcarum, ex quibus mille soluemus in vigilia natiuitatis domini, Secundas mille in festo sancte Walburgis tunc proximo, Tercias mille in festo sancte Margarete in tunc proximo. Item dabimus in curiam archiepiscopi quingentas marcas, quas soluemus in proximo festo pentecostes. Fratribus archiepiscopi, Comiti Heinricho et comiti guntero concedemus ciuitatem saleuelt sub hac forma, vt quandocunque nos ipsis soluerimus mille marcas, libera sit ciuitas nobis, et sic cum archiepiscopo in nostro seruitio permanebunt. Ceterum cum nos tantam concordiam habuerimus cum principibus, quod archiepiscopo videbitur, quod comitem adolfum possimus iuuare, nos si amice per preces non poterimus, per guerram iuuabimus eum ad recuperationem tam puerorum quam terre sue, nec vnquam contra ipsum malum aliquid intendemus. Item, si burcardum in breszna apud ducem iuuare non possumus, nos super tertia parte ciuitatis chereuist faciemus eis gratiam et iusticiam, quam pater eorum expectabat ab imperatore Heinricho. Ericus de wentseleue in possessione honorum de ofseleue erit, domi super hoc consilium archiepiscopi sequamur. Item promitemus, quod archiepiscopum semper pro aliis principibus in nostris consiliis familiarem habebimus et assistemus ei contra omnem principem qui suam ecclesiam indebite noluerit grauare, ita, quod si illum amice non poterimus auertere, potenter auertemus. Hec vniuersa debemus iuxta consilium archiepiscopi stabilire, et ipse nobis prestabit fidei

facramentum et seruiet nobis tamquam domino suo regi. Si uero super hereditate fratrum nostrorum et puerorum suorum ipsi promissum nostrum seruare noluerint, nos super hoc consilium archiepiscopi faciemus et in eius amicitia manebimus. —

2. v. Leebur Allg. Archiv XVI, 169. Vgl. Olearii Magdeb. Copialbuch mspt. II, fol. 19.

XXII. Herzog Otto von Braunschweig vertauscht an das Kloster zu St. Lüdger in Helmstädt die Vogtei über 42 Hufen zu Ingersleben und Gimersleben, im Jahre 1252.

Nos dei gratia Otto, Dux de Brunswig, — — Ecclesie beati Ludgeri in Helmstad contulimus advocatiam quadraginta duorum mansorum, qui siti sunt in villis Ingersleue et Emersleue, perpetuo libere sine impedimento quolibet possidendam: recepimus equidem ab Ecclesia supradicta in concambio pro dicta advocatia villam Bathecote et villam Brachtorpe cum omni iure. Hujus rei testes sunt Comes Fridericus de Kerckberg, Luthardus de Meynerfen senior et junior, Echardus de Alfeborch, Baldevinus de Blanckenborch, Bertramus dictus de Veltheim, Genehardus de Bortvelde, Anno dapifer noster, Heyno de Wenden et alii quam plures. Datum Brunswic, Anno Dominice Incarnationis M^o. CC^o. quinquagesimo secundo.

Aus Wohlbrück's Altmark, herausgegeben vom Freih. v. Leebur S. 189.

XXIII. Graf von Lüchow giebt dem Kloster Meding Zehnthebungen in Seferdsdorf auf, am 5. Mai 1264.

In nomine Sancte et individue Trinitatis. Hinricus, Dei Gratia Comes de Lüchowe, omnibus in perpetuum. Modernorum obtinuit consuetudo utilis et honesta, ea que geruntur in tempore, ne simul labantur cum tempore, literarum et testium valitudine confirmari. Notum igitur esse volumus Christi fidelibus vniversis, quod nos accedente heredum nostrorum consensu decimam in Sekerdorpe, quam ab ecclesia Verdensi jure tenuimus feudali, et dominus Ekkehardus et Remboldus, frater suus, a Wutzrowe a nobis habuerunt eodem jure ecclesie S. Marie in Medinghe Cisterciensis ordinis et congregationi dominarum ibidem Deo deservienti resignavimus pleno jure a quibus dominabus et earum tunc preposito Nicolao in signum amicitie et stabilitatis XXVIII marcas monete recepimus Hamburgensis. Hujus rei testes sunt, qui interfuerunt, dominus Adolfus de Dannenberch et milites dominus Georgius de Hiddefaker et suus dominus Theodoricus, dominus Herimannus Zabel, Rabodo de Plotho, dominus Helbertus

Lupus, dominus et cives de Saltwedele, Johannes de Vllefen, Ludolfus Perzeual, Christianus, miles, et alii quam plures milites et serui. In hujus rei euidenciam dicte ecclesie in Medinghe presentem literam tradimus sigilli nostri munimine roboratam. Datum Saltwedel, anno gratie M°. CC°. LX°. et III°. tertio Non. Maji.

Gercken's Fragm. II, 22. 23.

XXIV. Graf Konrad von Brehna verzeignet dem Kloster Marienberg vor Helmstädt das ihm von den Edlen von Hadmersleben resignirte Dorf Klein-Hackenstedt, im Jahre 1277.

Conradus, von Godes Gnaden Greue van Brene, — — weten schullen birvme de iegenwardig vnd nakommende syn, dat wy dat Dorp to Lütcken Hackenstede mit der Kercken vnd allem Rechte vnde Tobehorunge an Wiscken vnd ock in Ackern, welck dorp de Edelen Manne Otto, Bode vnd Wernerus van Hademersleue von vnser Handen, wente to düssen Tiden geholden hebben, tho Lehne, de Goder vnse Voreldern an vns to erflicken Rechte hebben gelaten, dorch verbidden der genanten Edelen — — der Kercken des Berges vnser leven Frawen vor Helmeestede tho Eygendom hebben gegeben. — Düssel to openbar Gedechtnisse düsse Schrift geven we mit starke vnser Ingeleggels gevestet vor vnse Erven, alle Alberto, Ottone, Theodorico vnd Conrado — —. Tüge düsser Gifft, ock der Begevinge sin düsse: Herr Otto, Bode vnd Wernerus, Edele von Hademersleue, Herr Otto von Dreyleve, Fredericus, der Voget, Gerwinus von Witin, Fredericus Hacke vnd andere vele mehr. Acta sunt hec anno Domini M°. CC°. LXXVII°.

Wohlfahrt's Geschichte der Altmark, herausgegeben vom Freih. v. Ledebur S. 190. Nr. 552.

XXV. Graf Konrad von Wernigerode verkauft der Tempelordens-Comthurei Wichmannsdorf das Eigenthumsrecht an Bülstringen, am 6. Mai 1189.

Nos Cunradus, Dei gratia Comes dictus de Werningerode, — — noverit tam modernorum etas quam successura posteritas, quod accedente heredum nostrorum conniventia et consensu, Preceptor et fratres Militie templi domus de Wichmanstorp, datis nobis decem marcis Brandenburgensis argenti, ius feudale in villa ipsorum que Bulfstinge dicitur, sunt a nobis legaliter allequuti titulo emptionis. Nos vero villam, que Vuoluuisshufenn nuncupatur, ex liberalitate simpliciter eisdem et de bona contulimus voluntate. — — Testes huius rei sunt Waltherus Canonicus de Werningerode, Fredericus dictus de Schouwen, Gerhardus miles

de Jerickfen. Datum in Werningerode, Anno Domini M^o. Ducentesimo LXXXVIII, VI. Idus Maii.

Wohlbrück's Alvensleben I, 190.

XXVI. Graf Nikolaus von Danneberg verleiht dem Ritter Huno von Carwe das Dorf Crittel mit der Holzfreiheit im Walde Lipe, im Jahre 1290.

Cunctis Christi fidelibus hanc presentem paginam visuris salutem in vero salutari. Nouerint vniuersi tam presentes, quam futuri, quod nos Nicolaus, dei gracia comes de Dannenberg, domino Hunoni, dicto de Carogve, et pueris suis villam, que dicitur Critte, et ligna ad ipsius vsus in silva Lipe cum omni iure, sicuti nos abuimus, et sine aliquo seruiicio, libere contulimus, et cum filiis fratris nostri confessum fuerit comitis Adolphi bone memorie, id ipsum facient sine aliquo impedimento, et vt ipsi ratum seruabunt pueri, promissimus fide data nos dei gracia comes Nicolaus de Dannenberg et Johannes dictus Gans de Parleberg. Huius rei testes sunt: dominus Johannes de Garditz et Volmarus de Velevisz et Godefridus de Logstede et Rogcherus et H. Brungene. Actum anno domini M^o. CC^o. LXXX.

Nach Eisch, Jahrbücher des Vereins für mecklenburgische Geschichte VIII, 256.

Ann. Unter dieser Urkunde findet man das in den Jahrbüchern nachgebildete: „Sigillum Johannis Auch de Parleberch.“

XXVII. Ritter Bruno von Gilsleben überläßt dem Tempelorden Besitzungen in Bülstringen für die Aufnahme seines Sohnes, am 23. September 1299.

— — Ad vniuersorum notitiam — — cupimus peruenire, quod nos Bruno miles dictus de Eylesleue quintum — dimidium mansum cum quinque areis et omnibus aliis attinentiis in villa et in campo Bullsteringe sitis, pro necessariis filii nostri, qui ad templi ordinem est receptus, fratribus domus militie templi in curia Wichmannestorp liberaliter et de bona nostra voluntate resignauimus. Cedentes omni iuri, quod nobis in predictis bonis competere videbatur. Nam proprietas predictorum bonorum ad supradictos fratres antea pertinebat. — — Datum in Magdeburg, Anno domini M. CC. XCIX. in crastino S. Mauritii.

Wohlbrück's Alvensleben Thl. I, S. 190.

XXVIII. Halberstädtisches Lehnregister vom Jahre 1311.

Hec sunt bona pheodalia ecclesie et episcopi Halberstadenfis Scripta Anno domini M^o. CCC^o. XI. tempore venerabilis in cristo patris, domini Alberti Episcopi nationis de Anehalt per Johannem, Decanum ecclesie sancti Bonifacii Halberstadenfis Capellanum Domini predicti.

Illustris princeps Dominus Woldemarus, Marchio Brandenburgensis, tenet ab episcopo Halberstadenfi in pheodo: Civitatem Gardelege et castrum ibidem, castrum Clotze et opidum Witinghe, cum omnibus attinentibus villis, linguis, pascuis, silvis et molendinis, Castrum Esbeke et villam Scheninge, cetera nominabit.

Illustris princeps Comes Otto de Anehalt tenet hec bona a domino episcopo Halberstadenfi: Decimam in Afcharia et decimam in villa Nuweliz et Scherfede, et decimam budenstede et Zorwiz. Decimam in Hakeborne et Attenfleue. In Snelingen partem decime et areas ibidem, que ignorantur. Decimam in Hunleue et Lutkendorp, villam Stodorp. Item bona in Nuweliz que antiquitus ad allodium domini episcopi in Afcharia pertinebant. Item decimam in Adefleue. Item locum castellum in Wederfleue et piscaturam ibidem. Cetera nominabit.

Hinricus et Olricus, Nobiles viri Comites de Regensten, tenent hec bona a domino episcopo halberstadenfi: Comiciam cum omni iure. Item forestum in Huyone cum aliis silvis circumadiacentibus. Item dimidium mansum in Aderstede. Item I mansum in vppelinge. Item II mansos in Hefnem. Item in Kulingerode III mansos et aream soluentem fertonem. Item II mansos in Sutschowen. Item dimidium mansum in Odorp. Item I mansum in balhorn. In paruo Herfleue tantum agrorum quod soluunt modios octo et V solidos et de areis XIII solidos ibidem. Item II mansos in Silzstede. Item in nouo Godenhufen I aream et tantum agrorum quod soluunt I fertonem. Item V mansos in Hadebere. Item I mansum in Geuefleue. Item XIII marcarum reddituum de quibusdam manfis fitis in Dornethen. Item decimam in Bornekere. Item I mansum in menenleue. Item decimam in Suplinge. Item decimam in ambabus villis vreilstede. Item decimam in maiori Drenleue. Item decimam in Stendorp trans paludem. Item decimam in Nenstede trans paludem et tres mansos ibidem. Item decimam in Korbeke. Item decimam in Slanstede. Item decimam in Wolferstede. Item decimam in Dersem. Item decimam in Wibuge. Item decimam in Cattenstede. Item decimam in Wigenrode. Item decimam in Eckerderode. Item dimidiam decimam orientalis ville apud Halleuelde. Item I mansum in Reinstede. Item II mansos in Dedenleue. Item II mansos in Lerø. Item III iugera et aream in Odorp. Item advocaciam et decimam in Rebetingero de super ea bona que pertinent Hufeborch. Item villam in Heidenrode exceptis III manfis et allodio. Item aduocaciam super forum in Aluenfleue et super quedam bona Hakenstede. Item II mansos Suanebeke. Item I mansum Renstede et siluam vnam in Huyone. Item I mansum in Renstede. Item vnum mansum ibidem. Item III mansum in Herfleue. Item decimam in Eluelingero de. Item quicquid illi de Quenstede habent in eadem villa Quenstede. Item III mansos in Langele. Item IX mansos in Sutschowen et pomerium et quasdam areas et duas silvas et pratium et siluam Satberge. Item I mansum in Temmenrode. Item decimam in Nendorp apud Suanebeke. Item XII mansos in Gunfleue cum aduocacia in predictis manfis. Item decimam in Domenfleue. Item in maiori Quenstede V mansos cum areis attinentibus. Item decimam III manforum ibidem. Item decimam in Crotorp. Item III marcarum redditus in Eilenstede. Item II mansos in Oscher-

leue. Item dimidiam villam Odingerode cum omni iure. Item decimam in Papestorp. Item decimam noualium de cultis et colendis apud Regensten. Item duas partes decime in Hedefleue.

Henricus, nobilis vir comes de Sladem, tenet in pheodo: villam Ikenrode cum bonis attinentibus et decimam ibidem bona sita infra Yfingerode et Westerode, que dicuntur rodelant, et curiam in Westerode in villa Horneborch, II curias in preurbio castro ibidem curiam que borchlen dicitur. Senstede II mansum cum vtilitate et curiam. Roleke I mansum et curiam cum vtilitate. In maiori Wingifstede falices et II mansum et I pratium et I fertonem puri argenti. In minori Wingifstede III mansos. Osterode I mansum cum vtilitate. In villa Roden IX iugera et fluam iuxta Thedingerode. In Hopelensstede III mansos cum vtilitate. In ciuitate Osterwich II curias et III marcas in moneta halberstadenſis argenti, et in thelonio ibidem I fertonem eiusdem argenti. In Bundhe et in Rimbeke III mansos cum bonis attinentibus et decimam in Bunden. Decimam in Bekedorpe. In maiori Hornhufen II mansos et in minori Hornhufen I mansum. Hordorpe I mansum. Decimam in Anehalt et duas villas iuxta Anhalt, quarum ista vice nomina ignoramus. In Strifchowen III mansos cum vtilitate, in Hunelingerode I mansum cum vtilitate. Deteringerode ex vna parte V ang. villam cum omni vtilitate, cum hominibus et aduocacia. Decimam in Wlptingerode. In Oderdingerode IX mansos aduocacie et molendinum. Suderrode ius patronatus ecclesie et VIII mansos cum vtilitate attinenti et fluam Wenderodehop, cetera nominabit.

Johannes et Ludolfus, nobiles de Hefnem, tenent in pheodo: vnam piscinam et XI curias et curtem Horneborch et vnum spacium iuxta indaginem ibidem. Item decimam Cfeſele et I decimam Broeschowen, et dimidiam decimam Romefleue, et decimam Osterode et XXXVII mansos ibidem, cum curiis ibidem et iudicium tam in campo quam in villa ibidem, et aduocaciam duorum mansorum et duarum curiarum ibidem. Item aduocaciam vnus mansi et dimidiam in Tfeſele, et VI mansos Roden apud Horneborch, et X mansos lignorum in Valsten, et III mansos Veltem cum curiis pertinentibus ad eos, et VI virgas lignorum in Veltem. Item mansum lignorum in Valsten iuxta Osterode et vnum spacium in Valsten, quod pertinet ad eorum allodium, et vnum salictum Osterode. Item Hefnem V mansos. Item Bodingerode III mansos. Item Lindede decimam trium mansorum et vineam et decimam vltra vineam ibidem et decimam trium mansorum. Arleſem apud Hefnem et vnum mansum Beck. Item Betingerode II mansos et vnam marcam Osterwic in moneta. Item V mansos Yfingerode et XIX mansorum aduocaciam et decimam vnus noualis ibidem, et II mansos in nouali Westerode et III iugera ibidem et curiam ibidem et IX iugera et salictum ibidem. Item aduocaciam I mansi Rimbeke, et decimam vltra ligna eorum in Redeluingeroode que de nouo ad agriculturam sunt redacta. Item Anderbeke III mansos et aduocaciam trium mansorum ibidem et aduocaciam vnus mansi. Sedorp apud Anderbeke. Item decimam XX mansorum Eylensstede et II mansos et molendinum Papestorp et aduocaciam VI mansorum. Niendorp apud Huysburch. Item aduocaciam VIII mansorum Nendorp et II loca lignorum in Huyone, et aduocaciam II mansi in Attekendorp et aduocaciam II mansorum Ebbekeſtorp. Item II mansum Hordorp et vnum mansum in Heteborne et VI talenta halberstadenſi in moneta. Item vnum salictum in paruo Ofcherleue et curiam Sehufen et I mansum Bekedorp et I mansum in Westerbaddeleue et dimidium mansum Scheninge et III mansos Wobeke et decimam vltra locum qui dicitur Hefe et vnum mansum in Volſem cum attinenciis et vnum mansum Cficte cum attinenciis et decimam Hedebere vltra vineam. Item Winnigſtede III mansum. Item aduocaciam vnus mansi in Hermenſtorp. Item decimam in Redekendorp apud Aldenhufen et decimam Vtencamp apud Horneborch. Item I mansum in Bodingerode qui fuit Stephani de Veltem.

Nobiles viri Comes Wernerus et Gardunus de Hademerfleue tenent hec bona: Castrum Vredeberghe cum omnibus pertinentiis tam in villa quam in campis, octo vineas et pomeria. Item castrum Hederfleue. Castrum Groninge cum quatuor mansis pertinentibus ad idem, pomerium et molendinum et falictum et indagine sub castro. Item decimam in maiori Egelen et decimam in Westereghelen. Item decimam in Ammendorp. Decimam in Bennendorp. Decimam Strumendorp. Decimam Wederfleue. Item Decimam Swanewelde. Decimam Volcstede. Decimam Osterrodenfleue. Decimam Bellingerode. Decimam Badefleue. Decimam Gropendorp. Decimam Asmerfleue. Decimam Etzenstede. Decimam Bennenstede. Decimam Memendal. Decimam Damescendorp. Decimam Elbelingerode. Decimam in Mapelenstede. Decimam in Sesbeke. Decimam Soluelde. Item Decimam Emerfleue. Decimam Hondorp. Decimam Merendorp. Decimam Buwendorp. Decimam Belestorp. Decimam Westermarke. Decimam in Esckenrode. Decimam in Sehufen. Decimam Giluerstede. IIII mansum Eilenstede, habemus bona in Strobeke cum omnibus attinentiis suis ab eodem domino episcopo. Item advocaciam de tribus mansis in Droswitz. Item II mansum Wockenstede. Item III mansum Andefleue. Item I mansum Hornhufen. Item II mansum Andefleue. Item decimam Nendorp apud Stasforde. Decimam Domenfleue. Item omnia bona que fuerunt domini Halt nobilis viri, que tenuit ab ecclesia halberstadenfis. Item decimam Rodefleue et Decimam Valerfleue et Decimam Cerwen et si qua plura inuenire et excogitare poterimus.

Item decimam in Honopplinge et bona in Bekedorp, que Boffo et Hinricus, milites de Dreynefleue, et Conradus, frater eorum resignarunt.

Nobilis vir Burchardus, comes in Mansvelt, Solus tenet hec bona in pheodo ab ecclesia: Opidum Ysleue cum omnibus attinentibus ac iuribus preter ius patronatus ecclesie ibidem. Decimam Valensee. Volcstede duo officia. Ponleue duo officia cum omni iure. Item Zauenstede IIII mansos et I pratium. Item Rumpene VI mansum. Item Solwicz II mansos et vineam. Vredeberg III vineas. Broch I mansum cum vinea. Rumpene II vineas. Porthen ius patronatus. Item aduocaciam super claustrum Wimedeborg, ac omnes claustrum redditus. Item prope Helbere villam que Rodh dicitur cum omni iure ubi lateres decoquantur. Item Eykendorp firmatam curiam ac ius patronatus cum omni iure totius ville. Item omnes viros et feminas feruiles ac proprie condicionis in comitiis videlicet Mansvelt ac Vredeberghe constitutos. Item medietatem fori in Koswich.

Hec idem Borchardus, comes in Mansvelt, tenet cum patruelibus suis de Scrape-lowe: Neure ciuitatem ac castrum cum omni iure et omnia ad villas que proprie eghen dicuntur pertinentia. Item Schapenstede XIII mansos litonicos et VII in allodio. In moneta et foro ibidem II marcas et VIII denarios. Item Lodefleue III mansos ac omnes Decimas de Winkel vsque Glina. Item III mansum Achem. In Ratmerstorp II mansos soluentes, XII solidos. Cracowe . . . Item Zmilingedorp aduocaciam V mansorum et VII solidos. Item Criwenstorp XIII solidos et III modios brazii et III humuli et vnum porcum. Item Pandorp XXX solidos, VIII modios brazii ac humuli, II porcos, vnam maldratam auene et I ouem. Item in Birka II, in Ellesdom XII solidos soluentes. Item in Wibach XXXI solidos. Item in Winterle XIX solidos. Item in Wancgen duo, Ellesdom VIII solidos soluentes. Item II smurdi, XIII solidos et III hallen. brazii ac humuli, II maldra tritici, duos porcos et duas oues. Item III seruicia, XXVIII solidos et XII hallen. humuli et brazii et III porcos. Quidam ellesdom I mansum seruicia soluentem, VII solidos, III hall. brazii ac humuli ac porcum. Item III smurdi, XXXVI solidos. Item in Subach IIII talenta et VI solidos.

Item in Eriwansdorp III talenta et II solidos. Item de foro Neuere VIII talenta et XXVI solidos et molendinum ibidem soluens L hall. et IIII porcos impignandos et II marcas. Item de nemore quodam dantur C et L pulli et VI sexagene ouorum.

Item infinitos homines seruilis conditionis ad castrum Neuere pertinentes, quorum omnium nomina difficile esset enarrare. Item alia feodo XI mansos in Horneberge et duo nemora et vineam et pomerium et duas curtes. Item in Scapenstede I mansum. Item Neuere III mansos. Item Wangen II mansos et I molendinum, V solidos et vineam. In moneta Neuere IIII solidos. Item I mansum in Pandorp. Item I mansum in Wipach. Item IIII mansos in Birca. Item III mansum in Subach et duo molendina. Item in Aldenrode duo len. et VI solidos et duos porcos et I iugera. Item in Neuere III mansos et III areas. Item in foro Neuere I talentum, X mansos et VI areas. Item in Eriwandorp II mansos. Item in Pandorp IIII mansos. Item villam Gropendorp et XXXIII solidos ibidem. Item Standorp I talentum et VI mansos, et nemus XXX iugera totam quoque villam exepo I manso. Item in Aldenrode II mansum et I curtem. In Witbach I curtem et VI iugera. Item in Birca XII mansos. Item in Neuere I mansum et II curtes. Item in Standorp I mansum. In Wangen I mansum. In Wibach II mansos et nemus et LX iugera. Item in Neuere X mansos, IIII curtes et III alios mansos et nemus ibidem. Item Aldenrode I mansum. In Subach III mansos. In Birca I mansos. Item Neuere I mansum. Item Vphusen II mansos. Item in Neuere II mansos et I curtem et nemus. Item Luppmandestorp X mansos. Item Zimlendorp II mansos. In Wangen I mansum. Item in Neuere I mansum. Item Iriwanstorp I mansum. Item in Wangen I mansum. Item in Scapenstede IIII mansos litonicos et II curtes. Item in Volcowe I mansum. Item in Bon. Widen I mansum. Item Slatowe I mansum. Item Winerole I mansum. Item Aldenrode IIII mansos et nemus et IX iugera. Item in Birca I mansum. Item Witbach I mansum. Item Aldenrode II mansos et II curtes, X solidos et III talenta, IIII solidos et XXIII iugera in quolibet campo et vnum mansum soluentem X solidos et VIII iugera in quolibet campo. Item Greuendorp I mansum. Item Scapenstede IIII mansos et II mansos alios et II curtes et pratium I. Item Scapenstede II mansos et II curtes. Item in Destede II mansos. Item I mansum Neuere et aream. Item Scapenstede II mansum et II areas. Item Subach II mansos. Item Aldendorp IX solidos bona ecclesie in Scapenstede in ipsa villa II mansos et III aree, cum dotali curte. In Woniz IVI mansos. Item Grenendorp II mansos ecclesiam et XVIII maldra vtriusque annone. Item Scapenstede XX hall. vtriusque annone et X solidos. Item bona ecclesie in Neuere. Item decimam curiam super allodium ibidem. Item III mansos in Zmilendorp. Item I mansum in Eriwansdorp. Item VI solidos in Aldenrode, VI solidos in Subach. Item Wincerle V solidos. Item Neuere II mansos Ecclesie in Wiebach, in Birca, in Wangen, omnes attinentes ecclesie in Neuere, ecclesia in Aldenrode et Subach attinentes huic proprietati.

Istud est beneficium quod in teutonico dicitur vanlen, quod nobiles domini de Querenvorde tenent ab ecclesia halberstadenfi: In Hartesborch I curiam et tertiam partem Smalenberg et medietatem tertie partis in Woldenberch. Item medietatem decimarum in villis istis Senstede medietatem decime. In Cimberen medietatem decime III mansos. Wlferstede et medietatem decime animalium in maiori Achem. In Gerfleue medietatem decime. Volquardestorp medietatem decime. In Heymerikestorp medietatem decime. In Erpez medietatem decime. In Gotkenrode medietatem decime. In Nendorp medietatem decime. In Otterfleue medietatem. In Eyfleue medietatem, II mansos in Bornem, IIII mansos in Westerbiuende, dimidium mansum in Hakenstede. Item I mansum in Redope. Item II mansum Lellem. Item Redope II mansum et I molendinum.

Item Watenstede I mansum et quartale. Item Scheninge II mansos et I mansum Wobeke et I mansum in Holtorp. Item medietatem decime in Detlinge. Item I mansum Lellem. Item Wobeke III mansum. In Holtorp I mansum. Luckenem I mansum. Ylingerode I mansum. Item medietatem decime in Wluestorp. Item in maiori Honfleue medietatem decime. Hefnem dimidium mansum. Sulinge I mansum. Dodenleue II homines. Item Netdorp I mansum et medietatem aduocacie ecclesie in Betlingerode. Item medietatem decime in Hogerstorp. In Atenstede medietatem decime, medietatem aduocacie in Scheningen. Item medietatem decime in Ostergroninge et quartale decime in alio Groninge. Item in Redope medietatem decime. In Graflege III mansos. Veltem II mansos. Item medietatem decime super nouali Slizstede. Item in Veltem medietatem decime. Dingelstede I mansum. Item quartam partem mansi Tannenstede. Item medietatem decime in minori Honfleue. Item in Varesvelde medietatem decime. Item III mansos et medietatem decime in minori Orden. Item medietatem decime in Depen Wederstede et medietatem decime in Wordorp. Item Papeltorp I mansum. Item Redope IIII mansos. Item Tannenstede I mansum. Item medietatem aduocacie in Ammendorp, in Menstede, in Dedestorp.

Luthardus et Conradus, Nobiles de Meinersem, tenent hec bona in pheodo: Decimam in Botmestorp, in Ellese et decimam Konigestorp et decimam Saltorp et decimam Bodensel, duos mansos cum decima in Aluenfleue, decimam tredecim mansorum in Tunderfleue et decimam in Tekendorp et decimam in Bodenrode et decimam in Stapelege. Decimam in Richenberge prope Brunwich et dimidium decimam in Gherdesem et decimam in Rodekensbutle et decimam Ribbeldebutle et decimam Escheligeloge et decimam in Edsenrodhe et decimam prope Suaneuelde super nouale. Decimam super nouale in minori Germerfleue et decimam extra ciuitatem Ouesueli et decimam in Dornede prope Weuelige et decimam in Bodendorp, decimam Stempel, decimam in Tubekestorp et decimam Moltorp. Decimam Valersfleue et decimam Osterrode et dimidii decimam Brandefleue. Decimam Helig paruo. Decimam Werdesbutle, dimidiam decimam in Germerfleue prope Aluenfleue.

Nobilis vir Conradus de Werberge tenet in pheodo: villam Horfinghe et decimam cum ecclesiam villam Hogenynghe et decimam in nemore ibidem. Villam Esckenrode cum decima, villam Nequerdestorp cum decima, V mansos in Oteleue, IIII mansos in Efekestorp, II marcas in Bonvppelingen, I mansum in Deynestorp. Decimam in Somerstorp. Decimam in Westerbaddeleue. Decimam in Volquerstorp. Decimam in campo Nenstede. Decimam in paruo Hotfenleue. Decimam in Arkerfleue. Decimam in paruo Hakenstede, dimidiam decimam in paruo Emmede. Decimam in Eykendorp. Dimidiam decimam in Scherenbeke, quartam partem decime in Osteringerfleue, I decimam in Osterbaddeleue.

Decimam in Jerexsem. Item villam Wertlesbutle et molendinum ibidem et etiam plura ibidem. Item decimam in maiori Hillegendorpe. Item decimam in minori Beuenrode. Item decimam in Houenstede. Item decimam in minori Wenthufen. Item dimidiam decimam in Germerfleue. Item decimam in Otmerfleue. Item villam et decimam que dicitur Lutteken Steynbeke, excepta vna curia. Item decimam in Bodenstede tenet Fredericus Wolterus, nobilis vir de Dorftal.

Item decimam in Wetefleue et decimam in Eddesse, decimam in Lere apud Schuntram.

Nobilis vir Strutio: In Vredeberch III mansos et III areas, quos dominus W. de Hadermerfleue aufert sibi. Item I mansum in Zolbiz. In Derlinge I mansum et montem humuli. Item

villam Rokewiz. In Nuweliz VI mansum et firmam curiam, pomerium et IIII areas. Decimam in Koxstede, C mansos et IIII, in Strimmendorp XXI mansos, in Nienstede III mansos.

Dominus Wolradus de Drenleue, miles, I chorum tritici in decima Ofcherfleue et I mansum ibidem. Item siluam iuxta Brandenfleue que Rodenberch vocatur. Item siluulam in filua Amuorde. Item decimam super XXI mansos Emekerfleue. Item II mansos in paruo Drenleue. Item decimam in Ditmerfhufen. Item XXVIII mansos in Gerfleue. Item VIII mansos in Hunoldesborch. Item dimidietatem ville Doyfiz.

Heyso de Stenuorde decimam in Veterfleue et decimam in Drogenbeke defertis. Item I mansum in Bornstede. Item decimam in paruo Twiflinge. Item I mansum in Glufinge et I decimam Hornhufen. Item II mansos in Santorp. Item IIII areas in paruo Retmerfleue et decimam agrorum, VI mansorum in Hunoldesborch et super allodium suum ibidem.

Dominus Helmoldus de Biwende IIII mansos Salhufen cum attinenciis, VI mansos Hordorp, aduocaciam VIII mansorum in Roden, aduocaciam VII mansorum Westerrode, aduocaciam I mansi in Czesele, aduocaciam I mansi in Deteringerode.

Otto de Bouente, famulus, XXIII mansos in Cremlinge et decimam ibidem. Item I mansum in Nortveltem, ceteris notabit et decimam in Ampeleue.

Arnoldus miles de Drenleue decimam IX mansorum Rodenfleue maiori et Ofmersleue, decimam in paruo Vppelinge, decimam in Benstorp, porcum et sexagenam auene. In Wreninge ius patronatus ecclesie et porcum et sexagenam auene et Scherenbeke I mansum cum curia. In Tweleuen I decimam lee. Henrikestorp mansum. Santor II mansos. Coctede decimam VI mansorum. Jerfleue IX mansos et II mansos. Item decimam in paruo Vppelinge et dimidium mansum Scherembeke.

